



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Oblatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

tem inobediens mortaliter peccet, supra. Inobedientia, vide amplè. Obedientia etiam potest esse circa ea, quæ libenter volumus, si in ea propter præceptum principaliter ferimur. Thom. secunda secundæ. q. 104. ar. 2. ad. 3.

OBLATIO.

OBLATIO, id est, quod offertur à Christiano ecclesiæ de re donabili, iuste acquisita. ca. quia in omnibus, de vsur. & c. ex transmissa. de decim. & monachus, seu alius religiosus, potest recipere oblationes, vel ut pauperes, vel ut ministri altaris, vel ut parochiani. c. oblationes, 10. q. 1. Vide S. Tho. 2. 2. q. 86. a. 2. & Pan. in c. pastoralis. de his quæ fi. à prælat.

OBLATIONES factæ in parochia, seu altari, cedunt ecclesiæ parochiali, siue factæ imagini, siue capelle, sunt rectoris, & non presbyteri capelle, secundum Pan. & Ant. in dicto capit. pastoralis. etiam si imago cui sunt factæ sit depicta in muro, infra limites parochiæ. & facit glo. in l. statuz. ff. de vsufruct. Quod quidam limitant si intuitu parochiæ. Idem si fiant celebranti in ecclesia alicuius, quia sunt similiter rectoris, nisi esset Episcopus celebrans, quia tunc communi iure sunt eius. c. super eo. de paro. nisi consuetudo obstat, quæ est sequenda. De collatis aut, & oblatiis religiosi in ecclesijs eorundem, non possunt prælati aliarum ecclesiarum aliquid sibi vendicare. secundum Panor. in c. nimis iniqua. de exee. prælat. quia videtur res illa ei collata intuitu ecclesiæ, & non nomine oblationis, & expressius hoc tenet in ca. 1. de sta. mon. & est text. expressus in d. ca. 1. & quoad fratres prædicatores est prohibitio. Cle. 4. in privilegio, q. incipit, nimis iniqua. Unde ex hoc privilegio dicti fratres possunt facere offeritorium in suis ecclesijs in missa. Sicut concludit etiam Tabel. ver. oblatio. §. 1. in fin.

PAROCHIANI ad offerendum oblationem non possunt compelli, secundum Panor. in rubr. de paro. & S. Tho. 2. 2. q. 86. a. 1. Primò, quando tenentur de ratione census, quem an-

nuatim soluunt. Secundò, ex obligatione testamentaria. c. quanto. de censu. si. Tertio, quando sacerdos indiget, & ipsi abundant. Ad hoc est c. si Episcopus. de offi. ord. lib. 6. Quarto, quando hoc habet consuetudo. c. ad apostolicam. de simon. Et in his duobus ultimis casibus, oblatio quò ad quantitatem remanet voluntaria, secundum Tho. supra. Idem dicit de primitiis, secundum eundem. ibi. a. 4.

DE qualibet re possessa licite, potest fieri oblatio, nisi vergat in detrimentum alterius: secundum Thom. supra. a. 7. & hoc repræhensit Christus Matthæ. 15. dicens, Vos autem dicitis munus quodcumque ex me est, tibi proderit, & c. Vel propter scandalum. Unde aliquæ personæ prohibentur offerre oblationes. 30. d. & intelligi debent, quando eorum crimina sunt manifesta, noluntque corrigi, Et idem dicendum est, de hæreticis, excommunicatis, & Iudeis. in d. c. quanto. de censu.

SI consuetudo habet, quod oblationes quæ fiunt in dominica, sint rectoris, & quæ fiunt in festo sancti alicuius sint sacristæ, & talis sanctus veniat in dominica, oblationes erunt rectoris, quia maior est dominica, quam festum illius sancti, & hoc, secundum quod concludit Bart. per l. proconsul. ff. de off. proc. Sacerdos potest recipere oblatum pro missis dicendis, quas peccatentur in iunxit, ut faceret celebrari, nisi sit scandalum, a quo cauere debet. Vide c. ab omni. de vi. & ho.

OBLATIVS.

OBLATIVS quis sit, supra, Monachus. §. 1.

OBLIGATIO.

OBLIGATIO iuris, vinculum importat, quo necessàriò quis astringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. Insi. de oblig. in princ. adde vel patiendù, & sine còsensu est nullum. ff. de pact. lib. 1. Intellige voluntarium, & cum animo obligandi. facit glossa c. 3. de vor.

TRIPLEX potest esse obligatio, videlicet, naturalis, quæ còtinet naturale vinculum consensu còtracta inter eos.